נענה תחת פונציום פילאטום
נדקר על עץ התליה ומרת
ונקבר ; ירד לשאול ביום
חשלישי קם מהמות ; עלה
לשמים ישב לימין יהוה אב
שדי ; משם יבוא לדון החיים
והמתים ; אני מאמין ברוח
הקודש ; ובעדה הקדושה
הכללית ; ובקבלת
מהקדושים ; ובסליחת
החטאות ובתקומת הבשר ;
ובחיים הנצחיים אמן

FINIS.

חן יהוה עמך ברוכה את
בין הנשים וברוך פרי בטנך
ישוע: מרים הקדושה אם
אלהים התפללי בעדנו
חטאים עתה ובעת מיתתנו
אמן

SYMBOLUM
APOSTOLORUM.

אני מאמין ביהוה אב שדי
בורא שמים וארץ: ובישוע
המשיח בנו יחידו אדוננו:
אשר הורה מרוח הקודש
ונולד ממרים הבתולה:

נענה

ORATIO.

DOMINICALIS.

אבינו שבשמם יתקדש
שמך: תבא מלכותך: יעשה
רצונך כאשר כשמים כן
בארץ: לחמנו תמידי תן לנו
היום: ומחול לנו חובותינו
כאשר אנו מוחלים לחיבים
לנו: ואל תביאנו לידי נסיון:
והצילנו מכל רע אמן

SALUTATIO


ANGELICA.

שלום לך מרים מלאת
חן

Fig.	*Nomen*	*Poteſtas*
◌ְ	Sceva	e, ſed interdum quieſcit.

Et triplex Sceva compoſitum.

◌ֲ	Cateph pathach	a
◌ֱ	Cateph ſegol	e
◌ֳ	Cateph Kamets	o



LONGA.

Fig	*Nomen*	*Poteſtas*	
ָ	Camets	a	
ֵ	Tſere	e	
ִי	Chiric magnum	i	
וֹ	Cholem	o	
וּ	Sciurec	u	Ital.

BREVIA.

Fig.	*Nomen*	*Poteſtas*	
	Pathach	a	
ֶ	Segol	e	
ִ	Chiric parvum	i	
ֳ	Kamets Chatuph	o	
ֻ	Kibbuts	u	Gall.

Litterae Linguales.

אותיות הלשון
ד ט ל נ ת

Litterae Dentales.

אותיות השניים
ז ס צ ר ש

Litterae Labiales.

אותיות השפה
ב ו מ ף

De Punctis.

Vocalium loco puncta quatuordecim adhibentur ab Hebraeis, quinque longa, totidem brevia, quatuor brevissima.

LON-

Litterae, quae lente pronunciantur.

אותיות רפויות

כ ג ד כ פ ת

Litterae aspiratae, sive quiescentes.

אותיות הנשימה

א ה ו י

Litterae Gutturales.

אותיות הגרון

א ה ח ע

Litterae Palatinae.

אותיות החיך

ג י כ ק

Lit-

Litterae Finales.

Litterae כ מ נ פ צ in fine dictionis hanc figuram assumunt ך ם ן ף ץ, unde *finales* dicuntur. Aliae a fine lineae, ut reliquis fiat aequalis, *dilatantur* א ה ם ה ת. Vel insuper prima littera vocis sequentis apponitur dein repetenda.

Litterae duplices, quae valide pronunciantur.

אותיות כפולות

כ ג ד כ פ ת

Poteſt.	Al. Rab.	Al. Sam.	Fig.	Nomen.	
l	ל	ࠋ	ל	למד	Lamed
m	מ	ࠌ	מ	מם	Mem
n	נ	ࠍ	נ	נון	Nun
ſ	ס	ࠎ	ס	סמך	Samech
aa	ע	ࠏ	ע	עין	Aain
p	פ	ࠐ	פ	פא	Pe
tſ	צ	ࠑ	צ	צדי	Tſade
k	ק	ࠒ	ק	קוף	Coph
r	ר	ࠓ	ר	ריש	Reſc
ſc	ש	ࠔ	שׁ	שׁין	Scin
ſ			שׂ	שׂין	Sin
th	ת	ࠕ	ת	תו	Thau

Lit-

ALPHABETUM

HEBRAICUM.

Poteſt.	Al.Rab.	Al.Sam.	Fig.	Nomen	
'	א	ࠀ	א	אלף	Aleph
b u	ב	ࠁ	ב	בית	Beth
g gh	ג	ࠂ	ג	גימל	Ghimel
d	ד	ࠃ	ד	דלת	Daleth
h	ה	ࠄ	ה	הא	He
u	ו	ࠅ	ו	וו	Vau
z	ז	ࠆ	ז	זין	Zain
hh	ח	ࠇ	ח	חית	Hheth
t	ט	ࠈ	ט	טית	Teth
i	י	ࠉ	י	יוד	Iod
c ch	כ	ࠊ	כ	כף	Caph

sunt Campegius Vitringa, Iohannes Meyerius, Brianus Waltonius, Ioh. Eberhardus Ravius, aliique. Quae vero a Masclefio quodam de Punctis, & de Litterarum pronunciatione statuuntur, utpote aegri somnia, nihil moramur. Sed & haec nunc cursim innuisse sufficiat; quemadmodum paucula haec Hebraicarum Litterarum Rudimenta Tironum gratia proposuisse satis fore confidimus, cum praesertim & Christianam Catechesim iisdem expressam litteris insuper demum, ut in priore Editione prostabat, subiectam voluerimus. Consulendae quapropter erunt Grammaticae Institutiones, si penitiora attingere quis cupiat. Earumdem sane quamplurimae prodierunt; verum nos nunc dumtaxat memorabimus Grammaticae Hebraeae Rudimenta ad usum Collegii Urbani de Propagan. Fide concinnata a Iohanne Bouget Salmuriensi in eodem Collegio Linguae Sanctae Lectore; *quae sane tertia vice his ipsis typis nostris anno* MDCCXL. *edita fuerunt. Obiit Auctor, dein inter Aulicos Pontificios cooptatus Postridie Idus Decembris anno* MDCCLXVI., *qui etiam fuerat in Romanae Sapientiae Archigymnasio Litterarum Graecarum Professor, quique iam emeritus Iohannem Baptistam Gautierium successorem habuit, cui dein rude donato nos singulari, ac spontaneo beneficio* CLEMENTIS XIV. P. O. M. *quem Religionis, & Litterarum bono Deus incolumem diutissime servet, suffecti fuimus. Vale, erudite Lector, & nostris conatibus fave.*

ALPHA-

qui post Christum natum saeculo xv. floruit; jampridem utebantur Hebraei, & Moyses ipse Pentateuchum exaravit; quandoquidem qui nunc obtinent, Babylonenses Chaldaei sunt, quibus a captivitate usus fuit Esdras, ut sacrum Codicem saltem legere, nisi intelligere, Iudaei possent, cum iam suorum characterum, nedum Hebraicae Linguae ob quotidianam cum Chaldaeis consuetudinem iidem obliti essent. Compertum nobis est nihilominus, in contrariam abiisse sententiam Iohannem Buxtorfium Filium, Matth. Wasmuthium, Iohannem Lictfootium, Valentinum Ernestum Loescherium, Hadrianum Relandium, aliosque, quos etsi magno in pretio habeamus, heic tamen ab ipsis deficere, & ad aliorum, quos supra memoravimus, castra nos modo recipere, ratione, & auctoritate ipsa duce, optimum duxerimus. Verum hae haud sunt huius sane loci quaestiones, quas solum indicasse sufficiat. Post Alphabetum vero varias litterarum divisiones, quae a Grammaticis statuuntur, apposuimus; tum clariora nonnulla de Punctis vocalibus Hebraeorum subiecimus, quae sane Puncta ad Esdrae, eiusque Synedrii aetatem referunt Buxtorfius uterque Pater, & Filius, aliique quamplurimi ex Christianis; quamquam alii a Moyse, atque ab aliis Scriptoribus sacris, ac alii etiam a primis Linguae Sanctae incunabulis eorum originem repetant. Ceterum Ludovicus Capellius in ea fuit sententia, eadem post Christum natum saeculo v., aut vi. a Magistris nonnullis Tiberiensibus Post-Talmudicis ad sacrum Textum adiecta fuisse, cui adstipulati dein

tum etiam Rabbinicum eo ipso charactere, qui Garamoncino *nominatur, expressum, ut cetera crepundia, quae ibidem sunt, nunc omittamus; quibus sane omnibus Hebraicorum characterum formis Typographia haec nostra instructa est. Verum nos, missis ceteris, inhaerentes priori Alphabeti nostri Editioni anni* MDCLI., *ac forma, quae* Soprasilvio *dicitur, utentes, tum nonnulla etiam commutantes, quae ibidem aut confusa, aut superflua videbantur, ipsi Hebraico Alphabeto imprimis Samaritanum, ac Rabbinicum quinctiam consociavimus. Ceterum Hebraeorum consonis litteris, quae* XXII. *vulgo circumferuntur, Samaritanae uno erunt numero impares; quandoquidem caruerunt Samaritana elementa littera altera* ש Sin, *cornu nempe sinistro punctum gerente, quae sane littera non est, sed irreptitia pro* ס Samech; *ut proinde Ephrataei, cum corrupte pronunciassent* שבלת Sibbolet *pro* שבלת Scibbolet, *eiusmodi proditi symbolo a Galaaditis, occisi sint ex ipsis quadraginta duo millia, ut in Libro Iudicum* XII.6. *narratur. Prior enim vox* τεχνικὴ *omnino est, nimirum ad astutiam conficta, & nihil significans; altera vero Hebraica pura, putaque est, & modo* spicam, *modo* fluentum *significat. Samaritani autem characteres ii sunt, quibus ex Virorum* Ἑβραϊκωτάτων *sententia Iosephi Scaligeri, Isaaci Casauboni, Iohannis Drusii, Hugonis Grotii, Briani Waltonii, Ludovici Capellii, Iohannis Morinii, Petri Danielis Huetii, Eliae Du Pinii, aliorumque, tum inter Iudaeos R. Iosephi Albonis Hispani,*

qui

LECTORI

ΦΙΛΕΒΡΑΙΩι

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS
Praeses Typographiae Sacrae Congregationis
de Propaganda Fide.

EDitum iam fuerat typis Sacrae Cangregationis usque ab anno MDCLI. *Alphabetum Hebraicum, quod nos nunc denuo prelo subiecimus ob primae Editionis desiderium, quo urgebamur, & quo ceterorum exoticorum characterum series manca fiebat. Quarta folii pars prioris Editionis formam constituebat, quam nos modo ad duodecimam redegimus, ut responderet ceteris Linguarum Orientalium Alphabetis, quae impressa habemus, quaeque etiam imprimentur deinceps. Aliae etiam circumferuntur paginae his ipsis typis impressae, quae Alphabeta nonnulla Orientalia continent, Hebraico affinia, Protoparentis nempe Adami primum, quod est in Bibliotheca Vaticana; alterum Adami* II.*, quod refert Iacobus Bonaventura ex Minimorum Familia in eius Alphabetorum Collectione, cui titulum fecit* Virga aurea; *tum Adami tertium ex Laurentio Schraderio, quibus adnectitur Alphabetum Hebraicum ea characteris forma, quae Operis* Soprasilvio *audit: quemadmodum iisdem etiam paginis continetur aliud Hebraicum Alphabetum charactere, qui* Testo *dicitur, alterumque, qui* Garamone *appellatur,*

לשון הקודש אם כל הלשונות

Lingua Sancta mater omnium Linguarum.
Effatum Hebr.

ALPHABETUM
HEBRAICUM

ADDITO

SAMARITANO ET RABBINICO

Cum Oratione Dominicali, Salutatione Angelica, & Symbolo Apostolico.



ROMAE MDCCLXXI.
Typis Sac. Congregationis de Propag. Fide.

Praesidum Facultate.